UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Appetitum propriae excellentiae dissuadent nobis tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

beratus eſt. Tres quoque pueri de fornace; Daniel de lacu Leonum illeſus euaſit. Et multi alij per Angelos conſeruati ſunt; idcirco Dauid cãtabat. Angelis ſuis deus manda- Pſa. 90. uit de te, ut cuſtodiant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, &c. Septimum eſt, quia homini in neceſſitate cibum ſubminiſtrat, ſicuti de Daniele in lacu leonum ci- Dan. 15 bato per Abachuc illuc ab Angelo delatum legimus. Sic legitur etiam 3. Reg. de Helia, cui per angelũ allatus eſt 19. panis ſubcineritius. Sic etiam de Chriſto legitur, quòd in fine ſui ie Mat. 4. iunii, Acceſſerunt Angeli ad eum, Heb. 1. & miniſtrabant ei, &c. Ideo Paulus dicebat, ipſos noſtros eſſe adminiſtratorios, &c.

Appetitum propriæ excellentiæ diſſuadent nobis Tria.

PRimum eſt, quia qui in loco dignitatis ſunt, in maiori periculo ſunt. Honores (inquit D. Hieronymus) pericula ſecum Hieron. trahunt, & quanto maior honor tanto maiora pericula. Altiſſimi montes crebris fulminibus feriun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Auguſ. tur. Et Pater Auguſtinus ait. Quanto in loco ſuperiori, tanto in maiori periculo. De hoc etiam appetitu D. Bernardus inquit. (Bern.) O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques, & omnibus places, nil acerbius cruciat, nil moleſtius inquietat. Secundum eſt, quia in maioribus criminibus etiam ſunt, qui præſunt. Vnde Hieronymus (Hieron.) dicebat. Caue honores, quos ſine culpa tenere non potes, ſublimitas enim honorum magnitudo ſcelerum eſt. Sicut enim minorem maior præcedit honore, ita & crimine. Nam diuitiæ, honores, & potentiæ abſtrahunt hominem à recto itinere. Tertium eſt, quia maiori pœna punientur, qui in loco dignitatis male ſe habuerunt. Vnde Ioannes (Apo. 18) dicebat. Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. Et ſapientia (Sap. 6.) intonat. Potentes potenter tormenta patientur. Ideo docet Hieronymus. (Hieron.) In maiori gradu maior ſine dubio pœna.

Ariditas multiplex.

QVidam Habent ariditatem, qui ſine deuotione, ſine affectione, ſine compaſſione, &